

COSMOLOGIÆ

MOSAICAE

INITIUM,

DEPROMPTUM EX CAP.

GENESEOS I.

THESIBUS

ANALYTICIS EXEGETICIS ET
PRACTICIS EVOLUTUM;

Quas

D. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

Reverendi Clariss. Excellentiss. miq; Viri

D. N. GEORGI VECHNERI

SS. THEOLOGIÆ D. ET IN ILLUSTRIS
SILESIORUM BETHANEO PRO-
FESSORIS ORDINARI

Præceptoris sui perpetuâ animi
observantiâ colendi,

Ad diem 9. Februarii ann. MDCCXIX.

Publicè excutiendas proponit

JOANNES FRANZIUS

Psal. 118, v. 17.

*Non moriar: sed vivam & opera DOMINI
enarrabo.*

BETHANIÆ,

Typis JOANNIS DÖRFFERI.

ILLUSTRI MAGNIFICO ET
NOBILISSIMO VIRO
DN. TOBIÆ DE
SCHVANENSEHE
ET BREGOSCHITZ,

COGNOM. SCULTETO
Bellaquimontl & Hirschfeldæ Hæreditario;
II. Augustissimorum Imperatorū Con-
siliario & Commissario

Gravissimo;

Augustalis Palati & Sacri Consistori
Comiti;

Regi per Silesiam & Lusatiam Infer.
Fisci Patrono &c.

Fundationis Bergerianæ Executori
& Directori;

Musarum & Gratiarum Mecœnati
Certissimo;

Domino & Patrono, perpetuâ a-
nimi submissione venerando;

Hæc suas de Universi Primordio,
exiles lineas

Offert, Consecrat,
Humilimus Cliens

JOANNES FRANZIUS
Auctor & Respondens.



Salutem Cultum

Obsequium.

PRIMITIAS STUDIORUM MEORUM,
& depromere ex ipsis Universi primitiis studui:
& Tuo nomini, Illustris Patrone, supplex offerre
nō abhorruī. In utroq; agere id mihi visus sū, quod
deceret. Quippe omnino par est; primordia in primordiis
sumi: nec certior aliūde progressus; quā ex certis initiis.
Conatui quoq; qualicunq; meo, animum addidit, ipsa
primordii istius meditatio: quamvis multas adhuc pa-
rasangas à perfectione, in primo hoc molimine, me ab-
esse sentiam. Certè Sapientissimus rerum Architecton,
non speciosam statim terra induit formam: sed rudem;
sed inanem; sed intus & extrā in formam initio voluit
existere: atq; ita quadantenus imperfecta, perfectiori-
bus præmittere. Ita Natura inspecto libro; communis il-
la omniumq; nostrū parens: perculsum me viribusq;
meis non parum diffidentem; suo erigit exemplo, solatur,
animat. Illustri verò Nomine Tuo, primitias hæc meas,
ut ut incultas parūve comptas honestari; & facillè, &
commodè posse; statui. Unā quidem parte amplissima
inditavit Benignitas: alterā autē magnifica ad studiorū
Patrocinium, excitavit pronitas: qua si in aliis domiciliū;
in Te Patrone Nobilissæ arcem sortita videntur. Ac de
illa benignans mentem serenamq; frontem, meis quoque
polliceor primitiis: ab hac iisdem lucem ac cultum; & bus
militis oro: & indubitatus spondeo. Quā fiduciā finio, &
annum quem exorsus prosperè, prosperrimè decurras vo-
veo: ut ex bono Ecclesiæ, Reip. Patriæ,
Iliacos aquare lenes, aut vincere possis.

Typus

TYPUS DISPUTATION IS.

CREATIONIS UNIVERSI describitur, tum

Primordium explicatur, tum quoad

Circumstantiam temporis, voce בראשית.

Ipsam constitutionem, qua conspicitur, tum in

Causa, qua spectatur

Subiectum agens, quod appellatur אלהים

Ejusdem operatio, denotata voce כרת

Effecto, quod est

שמים

ארץ describitur ab Adjunctis, tum

Inherentibus { תהו

כהו

Adherentibus, qua sunt

Tenebrarum adbasio, describitur distincta

cum nominatione Tenebrarum

tum designatione subiecti adhaerentia proximi, cujus

enunciatur, tum

Nota, consistit in

Respectu subiecti, vocola על

Connotatione proximitatis, voce פני

Species, effertur voce תהום

Spiritus DEI incubatio describitur expressione tum

Subiecti incubantis, רוח אלהים

Ipsius actus, qui exprimitur voce מרחפת

Obiecti incubationis proximi: ubi

Respectus

Obiecti vocola על

Proximitatis, voce פני

Ipsa species, seu res voce המים

Uberior perfectio.



THESIS I.

Religionis natura caesi; ut certà inter DEUM & HOMINEM Relatione, intimè ac penissimè contineatur.

2. Ac DEUS quidem in Relatione ista, continetur tanquam Objectum Religionis: HOMO tanquam Subjectum, quod Religionem prestare debet: ut hac ratione circa DEUM versetur unicè, versetur totus.

3. Itaq, quàm ad Religionem omnino pertineat; DEI HOMINISq, consideratio; vix alicui obscurum esse potest.

4. Imò cum DEUS sit, in quem tendit Religio; homo verò, qui religione tendit in eum: fieri nequit; ut ritè de Religione tractetur: nisi ante omnia, DEUM agnoveris; HOMINEM verò cognoveris.

5. Quocirca cum Universi creatio; certissima DEI contineat vestigia, simulachra ac propè incunabula: plurimanobis de ipsius naturâ, attributis operationibusq, suppeditet: HOMINIS originem & primigeniam constitutionem describat: prima Religionis rudimenta ponat: ita animum induximus nostrum; non precium solummodo: sed premium etiam opera futurum, gnariviter eam expendisse.

6. Quod ut prestare queamus rectius, & in universare, versari confidentius: Mosis scriptoris omnium

ut antiquissimi; ita diviniissimi: capite Geneleos primo, verissima narratio, nostra erit manu ductio.

7. Ea autem aliis non nihil pensulata; duo nobis ob oculos ponit: Universi nempe primordium: & ceterarum partium absolutam magis uberio remq; perfectionem.

8. Omnia verò persequi, cum non unius sit Dissertationis: jam circa creationis primordium duntaxat: quod divina sapientia quidam quasi Oceanus: nostra versabitur Disputatio.

9. Verba primordium illud exprimentia: sic habent in Hebraea authentica; Graecaq; & Latina paraphrastica recensione:

בראשית ברא אלהים את השמים ואת הארץ:	1. In principio creavit DEUS caelum & terrā.	Εν δεχῆ ἰπείη- σεν ὁ θεὸς τὴν ἐρη- νὸν καὶ τὴν γῆν.
והארץ היתה תזו ובזו וחשך על פני תהום ורוח אלהים מרחפת על פני המים:	2. Terra autem erat desolata & inanis tenebręq; erant in superficie voraginis: & Spiritus DEI agitabat sese in superficie aquarum.	Ἡ γῆ ἦν ἀβυσ- σος καὶ ἀκατα- συστος: καὶ σκό- τος ἐπάνω τῆς ἀ- βύσσου: καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπὶ τῆς ὕδατος.

10. Universi hoc primordium describitur; tum quo ad circumstantiam: tum quo ad constitutionem ipsam.

11. Circumstantia est tempus seu ordo, quo productio illa facta est: designatur voce בראשית

a בראשית idem est, quod בתחלה * H. I. non est in Regimine: & sic a alibi ponitur.

β. Componitur ex בראשית, quod significat principium, initium: & אשית descendit; quod caput, verticem, summam notat: ut ita certum hac voce temporis innuatur exordium: idque extraordinarium & internum.

γ. Sensus itaque loci hujus genuinus hic est: DEUM ἐν δεχῆ τῆς κενῆς καὶ ἄκατασυστου i. e. in principio Universalitatis rerum: atq; adeo in primo initio, punctu initio & momento temporis, quo res coeperunt esse; creasse Caelum & Terram.

I. Nulla creatura est ἀναρχος & ἀναστος.

II. Creatio igitur tam materiae primae; quam reliquarum rerum, habuit initium.

III. Absurdissima ergo Philosophorum de aeternitate Mundi assertio; quā falsi sunt ipsi, & fefellerunt alios.

12. Constitutio ipsa primordii exponitur, tum per Causam: tum per Effectum seu Opus.

13. Causa exprimitur, tum quā Subjectum agens: tum quā operatio ejusdem spectatur.

14. Subjectum seu Auctor appellatur אלהים a אלהים est numeri pluralis: sed sensus singularis: ad indicandum רבו הכתור * ut docet Buxtorfius, DEUMq; significat.

β. Tribui etiam solet Diis fictitiis, angelis, judicibus & Magistratibus, aliquando soli patri.

γ. De Diis falsis usurpatum, sensum habere pluralem, asserit Buxtorfius.

δ. Hic intelligendum esse J E H O V A M extra controversiam est: propterea, quod capite secundo aperte ait Moses, J E H O V A M esse illum, qui fecisset Caelum & Terram.

* in princip.
R. D. K. in
lib. Radic.
a Es. 46. 10.
Bas. Hexā
Aug. Tom.
6. l. 1. c. 2.
Tertul. con-
tra Herm.

U S U S.
Δ.
Δ.

E A.
b Arist. lib.
1. & 2. de
Caelo, l. 8.
A. e. g. d. s.
Buxt. Lex.
* pluralitatem
potentiarum. l.
dem Thes.
Gr. Synt.
c Ex. 22. 20.
d Ps. 97. 7.
e Ps. 82. 1. 6.
f Ps. 45. 8.
Hof. 1. 7.
Buxt. Lex.
Gen. 2. 2.

Per. in Gen.

† potens.

* robureor

R. Nach.

Zanch. de

oper. sex di-

er. l. i. c. 1.

U S U S.

Δ.

Ef. 44. 2.

Rom. 11. 36.

EA.

Π.

Ef. 45. 6.

Jer. 10. 11.

Δ.

ΔΔ.

Δ.

Propriè **יהוה** Pererius significare ait eos, qui propter magna Auctoritatē & potestatem presertim puniendi & vindicandi, sunt aliis metuendi & terribiles: Christiani ad S.S. Triados mysterium nomen hoc pluralis formæ, rectius accommodant.

5. Cognatum ipsi est **יהוה**† ut dictum videatur quasi **יהוה*** scilicet creatorum: eò quòd ipse sit virtus virtutum & suprema vis: aut quòd in creatione suam comprimis exeruerit potentiam.

6. Deduci idem potest, ab **יהוה** quod significat juravit: quia per nomen Dei juratur.

I. Solus **DEUS** est Creator, conservator & gubernator hujus Universi, omniumque quæ in ejus continentur complexu.

II. Prodigiosè ergo delirant Manichæi duo creationis contraria agnoscentes principia: aut quicumque in Mundo hoc fabricando plures simul operas suas viresque contulisse somniant.

III. Nos discernamus **DEUM** ab omnibus Diis fictitiis & commentitiis: pereant ii, qui non creârunt Cælum & Terram: vivat autem & domineatur **DEUS** benedictus, in omnia secula.

IV. Videmus & hinc à **DEI** potentia & virtute pendere omnia, nec quicquam, aut fato, aut astris nedum Fortunæ temerè esse tribuendum.

V. Ne igitur in adversis despondeamus animum: sed ejus imploremus opem & misericordiam: donec manus suas auxiliatrices nobis porrigat.

VI. Is enim qui vastissimum hoc mundi amphitheatrum è nihilo produxit; summæ potentia sit necesse est.

Sed

VII. Sed meminerimus etiam, nostrum esse; admirabilem Dei potentiam & bonitatem, in mundi inprimis creatione elucentem, agnoscere, deprecari, admirari; Ipsumque quantà possumus animi synceritate venerari: ut nos opus suum conservet; nos sospitet; nos in posterum protegat.

15. Operatio ejusdem denotatur verbo **ברא**

α. **ברא** idem est, quod è nihilo produxit, idè; in momento temporis.

β. Quo loco observandum, nec Hebraum verbum **ברא**; nec Græcum **ἐποίησεν** quo utuntur LXX; nec Latinum creavit; propriè significare productionem rei ex nihilo: ad quam solam denotandam, à Scholasticis Doctoribus, usu trito, nomen creationis & verbum creandi est accommodatum.

γ. Et sic vocabulum **ברוא*** de omni re dicitur, sive de innovatione cujuslibet rei, qua ex non esse, ad esse procedit.

δ. Quare & in loco de creatione promiscuè id verbi usurpatur de qualibet productione: sive sit ex simpliciter nihilo, respectu & Materie & Formæ: sive è a subjecta Materia: quæ tamen respectu supernaturaliter producti, nihil est.

ε. Propriè **DEO** competit & in scriptura soli illi tribuitur;

ς. Hic quoque aliter accipi non potest: quàm ex nihilo creasse Deum Cælum & Terram.

ζ. Proinde facta est Creatio, solâ voluntate & actu mandantis; seu puro mandato omnipotentis: sine b motu, labore ac defatigatione: verbo duntaxat & jussu.

I. Removentur à creatione omnia media, feramenta ac instrumenta architectonica: omnes ministri & auxiliares per quos homines res suas perficiunt.

II. Nequaquam ergo hoc nomine comprobatus Plato: quòd **DEUM** rerum modò immor-

Π.

* Creation. R. D. K. in lib. Rad.

a Gē 1. 12. 27 Gen: 2. 7. 22.

Buxt. Lex.

b Ef. 40. 28.

c Pf. 33. 9.

Pf. 148. 5

U S U S.

Δ.

EA.

B

ralum

Δ.
Rom. 4. 17.
EA.
Ps. 72, 18.
Ps. 136, 4.

talium Effectorem fuisse asserit: ceterarum autem mortalium rerum effectorem demandasse Deastris.

III. Ex nihilo aliquid producere solius Dei est.

IV. Nemo ergo præter DEUM rem aliquam creare potest: aut propriè & verè dicta, edere miracula.

V. Efficitur hac etiam voce ברא Mundum, non esse æternum: sed à DEO sapientissimè & optimè creatum.

EA.
VI. Arguitur hic Hermogenianorum sive Materiariorum turba: materiam Deo coæternam statuentium: ut & fortuitum atomorum concursus, cum Democrito & Epicuro somniantium.

ΔΔ.
VII. Habemus etiam quo nos in ipsa erigamus morte: DEUM nimirum eandem virtutem ac potentiam, quâ utebatur in creatione Mundi: usurpare posse in resurrectione mortuorum nostrorum, è pulvere Terræ corporum.

II.
VIII. Sed cogitemus etiam, tanto ipsum in iudiciis suis valere robore: quanto initio, immorigerisque infinitas infligere posse pœnas, eosque planè deperdere.

Π.
Ps. 147. 1.
Psal. 148. 1.
seqq.
IX. Nostrum igitur requirit officium, ut debitâ humilitate atq; attentione ipsius consideremus opera; imitemurq; industrii artificis affabre fictum, intuentes opus: qui derelicto artificio, de ipso inquirunt artifice: ita amplissimū hoc mundanum aspicientes amphitheatrū: à creatura ad creatorē cōvertamur; cogitantes id, quod res est: Creatorem, creaturam voluntati suæ per omnia conformem requirere.

16. Effectum seu opus ipsum, duobus nominibus עֲשֵׂה וְצִוָּה indicatur.

α. Effecti rationem nomina ista loco hoc habere: præmissa utrique particula וְ innuit: quæ verbis Activis subijuncta (quibus ferè subijcitur) notat Accusativum, semperque ad sequens refertur nomen, nec uspiam absolutè usurpatur.

β. Effectum porro hoc ut certum & demonstrabile indigitatur præfixâ particulâ וְ, quæ utrique nomini præposita, & Demonstrativi vim obtinet.

γ. Nata est ex וְהוּא * aut וְהוּא † & emphasin ac certitudinem importat: unde & Hæbreis וְהוּא הַיְיָ * appellatur atque hic nequaquam est otiosa.

δ. Adducit igitur nos Moses in rem manifestam & præsentem, ac certum definitumq; nobis proponit opus, in nostrumq; quasi producit conspectum: inquiens, HOC Cœlum, HANC terram.

ε. Psaltes Mosen æmulatus, hanc ipsam sententiam, ferme iisdem expressit verbis: Initio, inquiens, Tu Domine Terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt Cæli.

I. Cœlum ergo & Terra primo die creata; & quidem cum distinctione aliqua.

II. Emergit hinc, eos à Textu Mosaico nonnihil aberrare, qui hic per Cœlum & Terram, aliud nihil, quàm materiam quandam primam intelligunt: ex qua Cœlum, stellæ, elementa & omnia corpora prodierint.

III. Nostrum est, per stupendi hujus & admirandi opificii aspectum atque contemplationem: in quo Dei sapientiam & potentiam; tanquam in Tabella quadam depictam contemplamur; ad omnium Conditoris notitiam, amorem, cultumq; animos nostros excitare atque subvehere.

Buxt. Lex.
Idem Thef.
Gr. Syni.
Aven. lib.
Radic.

* Ecce,
† Ipse
* HE notitia.

Ps. 102. 26.
Heb. 1. 10.
U S U S.
Δ.
E Δ.

Π.

E II.

a Is. 2. 14.
b Gen. 24. 3.
Gen. 2. 4.
Ab. 4. 24.
c Psal. 8. 9.
Mat. 6. 26.
d Gen. 1. 14.
e 2. Cor. 12.
2.
f Ps. 103. 19.
g Iud. epla
v. 6.
h Ioh. 14. 2.
1. Pet. 1. 4.
ii. Reg. 8. 27
k 2. Co. 12. 4
l Ioh. 14. 2.
m Luc. 16. 23
n Gal. 4. 26.

U S U S.

II.

Δ.

Neb. 9. 6.

Δ.

Es. 42. 5.
Psal. 33. 6.

IV. Excitantur hinc merito, qui rariùs de Conditore totius hujus universitatis rerum cogitant.

a. Prius Nomen *ΕΩΣ* de luci non incommodè potest à *ΕΩΣ*, quod inter alia pro admirari, stupescere, obstupescere in sacris legitur. Alii dictum putant à *ΕΩ* Ibi & *ΩΣ* Aquæ.

b. Nomen porro illud ambiguum est. Modò enim usurpatur *b* latius, pro omnibus, quæ cõstituantur super Terram; modò angustius, pro parte tantùm hujus expansionis: eaq; vel *c* infimâ, totâ videlicet aëris regione: unde volucres cœli; vel *d* mediâ, sive omnibus sphaeris: vel *e* supremâ, cœlo sc. extimo, quod à Paulo tertii cœli nomine insignitur.

γ H. I. eo Nomine intelligenda videtur expansi materia rudior: ita tamen ut supremum sive extimum cœlum, quod *f* Deig Angelorumq; sedes, & futurum *h* beatorum habitaculum est; præcipue simul designari judicemus.

δ. In scriptura Cœlum hoc Tertium, & aliis insignitur nominibus, qualia sunt *i* Cœli cœlorum, *k* Paradisus, *l* Domus Patris, *m* sinus Abraha, *n* superna Hierusalem, *o* Civitas fundamenta habens cujus artifex & conditor Deus, *p* habitaculum sanctitatis Dei, *q* sacrarium.

• Heb. 11. 10. *p* Deut. 26. 15. *Es.* 63. 15. *q* Heb. 8. 2.

I. Exhibent nobis Cœli eximium quoddam *ἀγαλμα*, simulachrum ac vivâ picturâ gloriæ DEI.

II. Liqueat & hinc nullum Cœlum esse æternū: sed omnes primo die esse creatos.

III. Creatum igitur est Cœlum quoque extimum; & quidem domicilium felicissimum, civitas ac Regnum amplissimum, supra hos omnes

spectabiles

spectabiles & mobiles Cœlos à Deo collocatum, firmatum.

IV. Quòd si Cœlum extimum creatum: non est æternum.

V. Facessant ergo, quicumque Cœlum hoc increatum & æternum statuere non erubescunt.

VI. Cùm Cœlum hoc extimum sive tertium sit creatum; & supra omnes spectabiles Cœlos existat: concluditur Cœlum beatorum suâ naturâ esse finitum: situm esse supra omnes aspectabiles Cœlos; esse etiam beatorum Ubi, ab infernali πῆ distinctum.

VII. Cùm in hac vita *a* domos incolamus luteas *b* domicilium terrenum & *c* tabernaculum quod breviter deponendum; rursus animum nostrum armare possumus, esse nobis in tertio Cœlo à Deo adornatam habitationem: quam non ad tempus duntaxat insidebimus, propediem emigraturi: sed æternum habitabimus.

VIII. Spiritualis ergo quorundam detestanda dementia, quæ eò usque apud quosdam increbuit: ut omnem suam curam, cogitationem mentemq; omnem solummodo in domo hac lutea conservanda, fixam habeant atque locatam; parum aut nihil de mediis, per quæ Cœleste palatium ingredi possint, solliciti,

IX. Tales verò hujus Cœlestis civitatis suburbii nos geramus cives; quales viatores eos decet: qui in regnum gratiæ intromissi, tandem cùm ex vitæ hujus ergastulo fuerit emigrandum; in regnum

Apoc. 21. 2.

Δ.

B A.

Δ.

Eph. 4. 8. 10.

ΔΔ.

a Iob. 4. 19.

b 2. Cor. 5. 1.

c 2. Pet. 1. 14.

2. Cor. 5. 2. 2.

E II.

II.

B 3

gloriæ

Hebr. 11. 9.

Pf. 95. 6.

Job. 38. 4,
5, 6, 7.

Iob. 15. 15.

Pfal. 89. 6.

Usus. Δ.

Genes. 2, 1.

Δ.

gloriae sunt transferendi: Abrahamum imitantes; quem hoc nomine commendat Autor Epistolae ad Hebraeos: *prosternentes & incurvantes nos, flectentes genu coram JEHOVAH.*

α. Praeterea vocabulum Coeli hic accipere convenit conjunctim cum omnibus, quae in eo continentur: ut Coeli supremi nomine, etiam caelites seu angelos complectamur; quos tum creatos fuisse ex verbis Dei patet, quibus sic inter alia alloquitur Iobum: *Ubinam eras, inquit, quando fundabam terram? annuncia si nosti intelligentiam. Quis disposuit mensuras ejus, quod noveras: aut quis extendit super eam lineam? super quo bases ejus defixae sunt: aut quis jecit lapidem ejus angularem? Quum laudarent pariter stella luminis & jubilarent omnes filii Dei? At terram primo die creavit Deus, teste Mose hoc loco: & dierum sex spacio Coeli, & terrae, maris & omnium, quae in illis sunt, perfectio includitur. Ergo & eodem die angelos: secus non potuissent tum jubilarere & canere.*

β. Jam si angeli primo die creati sunt; utique & domicilium eorum, seu locus aliquis eorum naturalis, tanquam commune subjectum: quod aliud praeter Coelum extimum seu supremum esse nequit. Ergo Coeli nomine, illud ipsum Coelum beatorum cum angelis subintelligitur. Quid? quod angeli; quia in Coelo illo summo degunt, caeli nomine in scriptura nominantur.

I. Angeli primo die, cum Coelo beatorum sive extimo sunt creati.

II. Nihil ergo horum potest dici infinitum, aut aeternum: praeter solum DEUM.

17. Attingimus jam posterius Nomen *אָרֶץ* ubi particula *אָרֶץ* prefixa est copulativa *וְ*: Terram Coelo statim subjiciens.

Terra

I. Terra statim cum Coelo primo die est creata.
II. Praecipuae ergo Mundi partes & habitacula primo die creata.

α. *אָרֶץ* Nomen est commune comprehendens Terram & habitabilem & inhabitabilem.

β. In hoc capite triplex ejus obvenit significatio: vel pro tota indigesta mole: vel pro toto globo ex terra, Oceano & aquis omnibus constante: vel pro continenti tantum: obtinuitque ferè apud omnes: ut haec sola arida portio in Universi medio constituta, quartum elementum; Graecis *ὄρη μὲν* dicta, *אָרֶץ* appelletur. Quae etiam significatione vox Terrae apud Ciceronem usurpata legitur.

γ. Hoc loco autem Synecdochica occurrit Anticipatio; ut Terrae nomine, hic in primigenio statu, Terra cum omnibus aquis, item aer ille inferior & vaporosus designetur. Universa enim Terrae superficies (sacra astipulante pagina) aquis ab initio fuit operata.

I. DEUS est DEUS ordinis.

II. Nostrum est ipsum sequi, & à generalioribus ad specialiora progredi.

III. Evertuntur hic Philosophorum circa Mundi existentiam, corruptionem, multitudinem, deliria.

18. *אָרֶץ* deinde describitur ab Adjunctis suis: quae sunt partim inhaerentia, partim adhaerentia.

19. Inhaerentia Terra Adjuncta sunt informitas & inanitas, quae exprimuntur vocibus *תְּהוֹמָהוּ*

20. Adjuncta haec tribuuntur Terra, per verbum *וְהָיְתָה אֶרֶץ* copulata a particula *וְ*

α. *וְהָיְתָה אֶרֶץ* descendit à radice *וְהָיְתָה* erat.

β. Vocem *תְּהוֹמָהוּ* à radice *וְהָיְתָה* deducunt, quam Rabbini pro obstupescere usurpare solent.

γ. Hinc genuinae indagandae significationis, non obscu-

USUS. Δ.

Δ.

Pagnin.
Tbesaur.

v. 17.

v. 10.

Cic. l. VI. de
Rep. in so-
mnio scip.

Pfal. 104. 6.

USUS. Δ.

II.

E A.

a Buxt.
 b Pagnin.
 c Avenar.
 d Hieron.
 e R. Selom.
 f Bald.
 g Mercer.
 h R. D. K.
 i Pagnin.
 † invisibilis
 & inordinata.
 LXX.
 * Desolata
 & vacua
 Thargum.

Franc. Jun.
 Mercer.

Es. 34. 11.
 Jer. 4. 23

U S U S.
 Δ.

ra dati potest ratio: ut voce eâ denotetur talis aliqua rei conditio, quæ admirationem & stuporem ineuitat intuenti.
 δ. Vertitur vox יהוה inanitas, res informis, b desolatio, solitudo, c vastitas, d vanitas, nihilum, e res stupenda, f vasta, g informitas, ruditas ubi nulla forma.
 s. Vox יהוה ad in usitatum radicem יהוה referri solet b & inanitatem, inane, vacuitatem denorat.
 ε. Utraque vox substantiva est, ejusdemque significationis: sed more Hebræorum Adjectivè usurpatur.
 ζ. Præcipuorum Paraphrastarum interpretationes hæcū vocū sunt † ἀόρατος καὶ ἀνατασάλαστος צריו וריקניו
 η. Ponit verbis יהוה ובהו Mosés ante oculos nostros Terra in exordio Mundi statum. Accedebat nimirum Terra proximè ad id, quod biverbio dicimus, Cælum Terra miscere. Erat Terra informis, desolata, vasta, vacua, omni ex parte altissimè aquis operata: cū aquis & aère permixta ac cōfusa:

Quaque erat & Tellus, illic & pontus & aër.

θ. Ita Terra suâ potetiâ, efficacitate, ornatu, apparatu, cultu, luce, virtute, Formæ indice & insigni Ὀραξία illâ, quâ à Deo sequentibus diebus decorata est, fuit destituta.

i. Idem manifestum & perspicuum evadit ex collatione locorum scripturæ aliorum, quib. voces illæ usurpantur.

κ. Locorum istorum duo in sacris obveniunt: alter est apud Esaiam: alter apud Jeremiam, ubi voces eæ adhibentur ad describendam horribilem vastitatem & desolationem, quam JHOVAH minatur,

I. Videmus hinc Terram quoad qualitates fuisse יהוה יכה rudem, informem, rebus omnibus animatis vacuam, & ferendo fructui prorsus ineptam, primitus esse creatam.

Non

II. Non igitur Terræ beneficia, telluris impu-
 tanda sunt naturæ: sed ei, qui illam ut esset, è nihilo creavit.

III. Ne ergo ob usus necessitatem plus, quàm dignum est, eam veneremur.

21. Adherentia Terra Adjuncta, sunt tenebrarum adbasio: & Spiritus DEI incubatio seu superagitationo.

22. Tenebrarum ad Terram adbasio describitur distinctè tum nominatione Tenebrarum: tum designatione subjecti adherentia proximi.

α. Tenebræ vocantur תשח: quo nomine solam lucis intelligimus absentiam: sed negativè hîc sumpto vocabulo. Etenim tum (liceat mihi Poëtæ verbis uti)

Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan.

β. Quippe Tenebræ per se nihil sunt aliud: quàm quod aëri ex privatione luminis accidit.

γ. Sublato enim sole è nostro Hemisphærio, & Cælo densis nubibus obducto, ingruunt Tenebræ.

δ. Si cui placet pro aère tenebricoso tenebras usurpare: eas substantiam aut creatas dicere fortè poterit: sed quid Tenebræ propriè dicantur & significant; hoc loco est spectandum.

I. Falluntur & pronunciant audacter sine ratione, qui nomine tenebrarum intelligendum affirmant ignem elementarem.

II. Tenebræ & obscuritas in exordio Mundi fuerunt ante lucem.

III. Primordia operum divinorum solent esse exigua, Deusque ab imperfectiori procedit ad perfectius.

IV. Hunc agendi modum, observare probè

E A.

E Π.
 Chryf. Homil. 2. cap. 1. Gen.

Zanch. de oper. sex. dier. part. 2. l. 1. c. 2.

U S U S.
 E A.

Δ.
 2. Cor. 46.

Δ.

Π.

C

nos

nos decet: primum incipiendo: deinde perficiendo; ne utrumque simul præstare conantes, neutrum efficere valeamus.

23. *Subiectum adhaerentia proximum, enunciat, & quoad notam subiecti: & quoad ipsam subiecti speciem.*

24. *Nota subiecti exprimitur; tum quoad respectum subiecti particulam על: tum quoad connotationem proximitatis, voce פני.*

a. Particula על à Radice עלה quæ propriè ad altiora seu superiora loca scandere significat: originem ducit.

β. Hinc originis ratione respectum extremitatis, seu superioritatis denotat.

γ. Vox פני contracta Forma sic habet, pro פני: numeri est pluralis tantum, faciem propriè notans. Hoc loco Metaphoricè usurpatur: utpote aspectum, vultum, externam, anteriorem ac partem primò cadere solitam designans.

δ. Derivatur à Radice פנה quæ aspicere respicere, spectare, convertere faciem significat.

ε. על-פני igitur, hic idem est, ac super aspectum, super faciem, in superficie.

25. *Species subiecti, seu res quæ cum respectu isto, in structura hac ponitur, effertur voce תהום.*

a. Nomen תהום voraginem seu abyssum denotat, h. e. locum aquarum, aut potius aquas multas, profundas & turbidas.

β. Vox abyssi significat profunditatem visu impenetrabilem, quæ funda carere videtur. Et hinc dicta est ἀβυσσος ex a privationem notante & βυδός fundum.

γ. Hac de causa & iudicia Dei: quia sunt impervestigabilia & nimis profunda; vocantur ἀβυσσος.

δ. Hoc in loco, abyssus supra quam hæ tenebræ fuerunt, est

Perer. in
Gen.

Pf. 36. 7.

tota moles illa indigesta, quæ aliàs Terra vel aqua, lato modo accepta, dicitur.

1. Etenim Moses nec nomine ארץ intellexit Terra tantum elementum: neq; nomine מים aut אֲמִים aquas duntaxat significare voluit: sed omnibus iis tribus nominibus. totam materiam illam primam, unde postea cætera efformata fuerunt, indigitavit.

2. Et hanc ipsam Augustinus reddit causam, cur Moses sicut Terræ: ita etiam aquæ DEUM esse conditorem docuerit.

3. Nec pro derelicto habendum quod habet Zanchius: Materiam illam primò terram: secundò abyssum vocatam fuisse à Mose: quia ordinem indicasset horum duorum elementorum.

4. Origine vox תהום est ab inusitata radice תה: cognatione verò reduci potest ad vocem תהי vel תמה: quarum utraque fragorem, strepitum, sonitum, tumultum excitare significat: qualem cum cære multa & profunda aquarum moles soleat, non absolum est, nomen illud ex iis esse factum.

5. Abyssum Moses hic nominat aquas profundissimas, quas mox vocat תהים.

I. Constat hinc & tenebricosam & lubricam, fuisse primam terræ faciem: adeoque eam ab initio habitationi minimè aptam.

II. Quòd igitur Terra à lubricitate illa primigenia expedita postea est, & luce collustratur etiam hodie, tutoque inhabitatur id ex peculiari Dei proficiscitur beneficio.

III. Proinde peculiare DEO hoc nomine agendæ sunt gratiæ: quòd Terram ab eluvie tali, quali in statu primævo undiq; obruta fuit; hodie videmus liberam.

Zanch. de
oper. sex. di-
er. part. 2.
l. 1.

August. l. 11.
de civit. Dei
cap. ult.

De oper.
sex. di-
er.

USUS. Δ.

Δ.

Π.

Δ.

IV. Etiam dum abyssum nominari audimus cogitandum est, terram ob hiatus & profunditates; ad usus nostros prorsus fuisse ineptam.

Π.

V. Quare non sine benignitatis divinæ deprecatione, apta ejus quoad maximam partem celebranda est exæquatio.

26. Spiritus DEI superagitatio seu incubatio describitur expressione; tum subiecti sese superagitantis seu incubantis: tum ipsius actus: tum obiecti superagitationis seu incubationis proximi.

27. Subiectum superagitationis seu incubationis vocatur רוח אלהים

^a Exo. 10, 19

^b Nu. 14, 24

^c Es. 31, 3.

Franc. Jun. in notis.

Ambr. in

Hex. l. c. 8.

α. רוח in sacris literis notat, a ventum, b vim, impetum motionemq; c naturam incorpoream: à Radice רוח dilatare respirare significante deductum.

β. Hic cum dicitur רוח אלהים Christianis plerisque Sanctus intelligitur Spiritus, materiam modò creatam fovens.

γ. Sunt inter Patres quidam, ut Tertullianus, Theodoretus, qui flatum seu ventum vehementiorem à DEO excitatum intelligunt: quam ipsam sententiam & Lutherus olim non improbat.

δ. Mutavit tamen posterioribus temporibus sententiã illam Lutherus, & de Spiritu Sancto ista Mosis verba accipienda disertè monuit.

ε. Sic Cyprianus inquit, Spiritum Sanctum ab initio Mundi, aquis fuisse superfusum.

ς. Thargumh Hierosolymitanum hoc loco habet Spiritum miserationum: ut pateat de Spiritu sancto agi potius; quàm de Spiritu ullo alio.

ζ. Apostolus Spiritus hujus mentionem faciens, ipsum Spiritum gratiæ appellat.

Patet

Cypr. serm. de S. S.

Heb. 10. 29.

η. Patet idem ex locis scripturæ non unis: ubi scriptura creationem eidem tribuit Spiritui. Ps. 104. 30. Job. 33. 4. Job. 26. 13. Ps. 33. 6.

Agnoscamus æternum DEI Spiritum; qui cum Patre ac Filio, ante creaturas omnes semper existit: creaturisq; mox adfuit ab initio.

28. Actus ipse superagitationis seu incubationis exprimitur voce מרחפ

α. מרחפ est à Radice רחף quæ de sententia Hebræorum, ut notat Buxtorfius, significat se movere expansione alarum ut solent gallinæ & aves; dum ovis incubant, ea fovent, donec pulli excludantur: vel dum pullos ad volatum provocant: vel sese in aère suspendunt præda inbianes.

β. Inde pro INCUBARE id interpretantur quoq;: ut patet etiam ex loco Deut. 32. 11. ubi eadem vox de aquila pullis incubante usurpatur.

γ. Hic igitur verbum istud à propria significatione ad cognatam transfertur, & divino Spiritui accommodatur: Significaturq; Ipsum aquis vim indidisse, eas sustentasse, habiles reddidisse, ut ex ipsis gignerentur aquatilia: quamvis modo quodam spiritali, imperscrutabili, inenarrabili.

δ. Eundem in modum verbum hoc de Spiritu Sancto præcipui interpretantur Patres, Hieronymus, inquit, propriè significare incubabat: Basilius fovebat, vivificabat.

ε. Sed verbi hujus, Moses ipse optimus est interpres; dū ait, Deum patrociniò suo ceu alis, populum suum protexisse, conservasse, & ex servitute Ægyptiaca, ceu pullum ex ovo exclusisse, & in Terram benedictam transtulisse.

ς. Novum Testamentum simile ostendit mysterium, docetq; Spiritum Sanctum virginem obtinuisse, ac vi suã effecisse; ut gigneret: simili quadam operatione, idem Spiritus, hic massam primigeniam fovit & habilem reddidit; ad varias producendum species.

USUS.
Π.

Bux. Lex. R. D. K. in libr. Rad. R. Simeon. R. Selamoh Thargumh Hierosolymitanum.

Hier. Tõ. 3. Basil. Hex.

Deuter. 32. 11.

Luc. 1. 35.

C 3

Alludie

Rom. 8. 11.

§ Alludit ad hunc locum etiam scriptura, dans spiritui huic vim vivificandi res mortuas.

¶ Proinde necessariò sequitur verbum hoc non posse quadrare in ventum: sed optimè in Spiritum Sanctum.

U S U S.

Δ.

I. Evincitur hoc quoque verbo non aërem aut ventum: sed ipsum sanctum intelligendum esse Spiritum.

Δ.

Psal. 104. 30.

II. Spiritus Sanctus, tanquam DEI virtus rerum omnium vivificatrix, suo quasi calore primam materiam fovebat, sustentabat.

Π.

III. Quod igitur aquarum & Terræ moles sublitit: infinita animalium, mineralium, herbarum & plantarum genera ex sese in hanc mundanam scenam producit: totum Dei acceptum ferendum est Spiritui.

29. *Objectum superagitationis seu incubationis illius proximum, denotatur quoad eius respectum, & speciem.*

30. *Respectus consistit in nota, tum Obiecti; tum proximitatis.*

31. *Nota illa exprimitur vocabulis פני עי de quibus ante.*

32. *Ipsa species seu res, qua respectum hoc loco sustinet: effertur voce המים*

R. D. K. in lib. Radic.

α. *מים aquas denotat: semper est plurale & venit secundum formam Dualem, ob duplicem aquam; superiorem videlicet & inferiorem.*

β. *Cognitione accedit ad רם mare, & הטרם tumultuatus est, instar sonitus aquarum.*

Psal. 104. 6.

2. Pet. 3. 5.

γ. *Operiebant autem in principio aquæ terram totam: ut præter ipsas conspiceretur nihil.*

Erat

I. Erat primitus Terra ובהו ובהו & intus & extus inanis, informis, vasta, vacua, omnis elegantia, virtutis & ornatus expers, tenebricosa, aquis circumlecta & circumamicta, rudis indigestaque moles, cultui & fructui ferendo prorsus inepta: adeò tamen imperfectæ atque incomptæ massæ, Spiritus DEI virtute & efficaci operatione suâ adesse non dedignabatur: sed illi incubabat, eam sustentabat, fovebat & ad maturitatem producebat.

II. Ergo bene sperare nobis licet, dum ipsi etiam miserè, per peccatum deformati sumus: non dedignabitur nos fovere & regenerare, qui primam illam rudem massam, voluit incubatione suâ quasi circumplecti.

III. Sed & nos grati erga DEI Spiritum caveamus ipsi resistere, quod exprobrat Stephanus Judæis: nec contristemus unquam Sanctum DEI Spiritum, juxta Apostoli monitum: per quem obgnati sumus in diem redemptionis.

U s u s.

Δ.

ΔΔ.

Π.

Act. 7. 52.

Eph. 4. 30.

Problemata

PROBLEMAT A.

I.

AN Moses primi hujus capituli & reliquorum in Genesi Autor? A.

II.

An exacta dari possit computatio annorum inde à primo exordio, usq; ad hæc tempora? N.

III.

An primum exordium Mundi in autumnale tempus inciderit? *Id certò vix scitur.*

IV.

An prima litera כ Hebræis quibusdam rectè abundare videatur? *Ineptè. Adverbialiter tamen accipi ipsa vox בראשית commode potest.*

V.

Vocem בראשית esse in regimine semper, quidam putant. *Affirmari & negari id potest, pro diversa explicatione.*

VI.

VI.

An בראשית hujus loci rectè infinitivo modo accipiatur?

Negatur si in textu ita accipiendum esse statuas: affirmatur si sensum ad explicationem vocis בראשית ita accomodes.

VII.

An ex dicto בראשית אלהים probari possit S. S. Triados mysterium? A.

VIII.

Utrum S. S. Triados mysterium per naturalem rationem queat cognosci? N.

IX.

Cabalistæ sex annorum millia, durationi Mundi præfiniunt: quia כסדרים in primo versu Geneseos reperitur expressum.

Conjectura est plus dubitationis habens; quam certitudinis.

X.

An Creationis mysterium notum

D

fuerit

fuerit Poëtis, & Philosophis, qui extra
Ecclesiæ vixerunt pomœria?

Secundum quid.

XI.

An vox Creationis uspiam tribua-
tur Creaturæ in sacris literis? N.

XII.

An ex nihilo creata sint omnia?

Distinctione opus est.

XIII.

An quæ de Chao prodiderunt Phi-
losophi & Poëtæ veteres; cum Terra
& abyssu aquarum à Mose descripta con-
veniant?

Partim conveniunt, partim non.

XIV.

An ulla Creatura actu & existentia,
simul possit esse, in pluribus locis? N.

Suo



Suo sibi medallitus charo

Dn. JOHANNI FRANZIO.

Purius ex ipsis bibitur si fontibus unda:
Næ mihi tu multâ laude vehendus eris,
Aonidum FRANZI gratissima Cura sororum;
Idem amor atque fides cordis adulta mei:
Ex Israël dum fontibus ora liquore
Proluis, & sacro totus ab anne mades.
Israëliticos pergas inquirere fontes,
Et perget nomen, spondeo, lausq; tua.

*amoris ergo
scrib.*

CASPAR LIEBIGIUS
Boleslaviensis Silesius.

Sacri delitium nobile Cynthii,
nobis primitias tuas
Ostendis: sua & has inclyta gloria,
nec vulgare decus manet.
Hinc, tanquam ex speculo vel nitidissimo,
& facundia florida,
& rerum solidus spiritualium
elucet liquido favor.
Hinc verè ingenii cernere fertilis
vires eximias licet.
Si, doctus minimè nascitur artifex:
(ut verbum loquitur vetus)

Si

*quantum (Calliopen testor amabilem)
à Phœbo astimum feret;
largo quod Genus, Musa q̄; cultior
olim protulerit sinu.*

Amici adfectus ergò scrib.
GOD OFRED. SCHNEEVVEIS
Gorlicio Lusatus.

Nec fumo cerebrum, nec venæ uligine plenæ
Putrescunt Tibi; qui Mundi primordia promissis
Excutienda *σφαις*: Physicas scrutaris abyssos:
Sacratæ Speculum Historiæ ferè perspicias omne:
Et Logicæ solers trahis arma reciproca ferræ,
Ad rerum causas rectâ ratione secandas:
Cunctaq; quod palmare decus, convertis ad Usum.
Quid dicam? sanè conaris acumine mentis
Rem spissam: sed quæ dignissima acumine mentis.
Restat: ut ambiguis contorta sophismata rhombis,
Quæ Logici Venatores dant agmine multo,
Gnaviter incidas gladio rationis & artis.
Quod facies; modò Te novi perspectius. Opto,
Spiritus æthereos ita Te sacer armet in ignes;
Ut parili ingenio sectarum pondera libes:
Enodes dubiis divina oracula griphis!

Cætera perficiet bene, qui bene cœperit, olim.

Melleus est succus, succus na fontis Hebrai,
Et verè felix arva Latina rigat.

Sint ergo Hebraea studia *ἑβραϊκά*, *παισπεργα* Latina
Vocis: & hac illi, par, famuletur, erit.

Benevoli affectus ergò

f.

Matt bias Saltz siederus Pom.



XXVII

Compendiosa Delineatio
MEDITATIONIS,
DE CHRISTI
PASSIONE INSTI-
TUENDAE;

Piæ colloctionis exercitationisq; gratiâ,
Juventuti studiosæ publicè proposita,

In ILLUSTRIS GYMNASIO
SCHONAICHIANO:

Sub moderatione

GEORGII VECHNERI

S. S. Theol. D. Pietatisque

ibidem Professoris,

Adis. April.

Loco, Horisq; solitis matutinis;

Responsuro

EPHRAIMO MYMERO,

Quotidianæ Christiani hominis lectio, debet esse Dominica

Passionis recordatio. Bernh.

BETHANIAE,

TYPIS JOANNIS DORFFERI.

ANNO M. DC. XX.